

1311 oct.

supra, prefati⁹¹⁺ ecclesie persecutores et confederati complices demum
adunati castrum dictum Volmesteyn^{h1} in ducatu Westphalie
longa obsidione vallantes tandem ceperunt et castrum funditus
destruxerunt. Idem nempe Henricus archiepiscopus generali con-
cilio Viennensiⁱ¹ per dominum papam Clementem V. congregato
personaliter interfuit, ubi per dictum dominum papam et prela-
tos eidem concilio presentes cum honore fuit receptus et fami-
liariter pertractatus. Tandem post multas guerrarum et adversi-
tatum expertus turbaciones^{q1}, semper tamen stans imperterritus
et emulis pro viribus vires rependens^{l1} ad ultimum plenus die-
⁺⁺rum in pace defunctus sepultus est in Bunna in capella s. Bar-
bare^{m1} ad latus ecclesie, quam ipse in vita de novo construxerat.
Et varavit ecclesia diebus 21.

1332 ian. 6.
cf. cat. III. cod. 4.

Walramus Coloniensis archiepiscopus LVI.

1332 febr.

Quinquagesimo sexto loco successit in pontificatu Coloni-
ensis ecclesie sedens sub Ludovico IV. et Carolo IV. impera-
toribus annis 16 mensibus 6 diebus 19^o venerabilis pontifex
Walramus. Hic fuit frater Wilhelmi comitis Juliacensis, prius
prepositus Leodiensis et Coloniensis ecclesie thesaurarius, iuve-
nis etate utpote 28.^o et paulo plus etatis annum habens. Cum
autem vacante Coloniensi ecclesia capitulum postulasset ad
eandem ecclesiam venerabilem Adolphum episcopum Leodiensem,
virum diuine probitatis^{h1} et in regimine Leodiensis ecclesie
fama celebri conversatum, dominus papa Johannes XXII. ha-
men dicta postulatione non admissa providit dicto domino
Walramo de Coloniensi ecclesia quamvis absenti. Hic licet in
mundanis negotiis, prout tante dignitatis^{q1} requirit sollicitudo,

cf. cat. III. cod. 4.

cat. III. cod. 4.

+ cod. 5. Et 6: ipsi a concepta (corrupta 5) contra ecclesiam malicia non desistentes.
++ cod. 5. Et 6: plenus dierum et senio fatigatus defunctus in pace in die sacro (sancto⁶¹)
epiphanie domini a. 1332 (epiph. dom. sub a. d. 1332 cod. 5) in ecclesia Bunnaensi in capella
nova, quam adhuc vivens a latere ecclesie ipse construxerat, honorifice est sepultus.
Forgit 5: Henrico itaque II. Col. arch. de medio sublato post ipsius obitum die 22. nulla interim
de quo electione facta - nam sedes apostolica provisionem ecclesie sibi reservaverat. dom. Johannes etc.
g1 suprafati 4. 4. 4. h1 Volmesteyn 4. 4. i1 Viennensi 1. 3. Vyenn. 2. k1 turbaciones 2. perturbaciones 4. 4. 4. l1 vices rep. deest 3.
m1 in cap. scilicet ad latus 2. 3. 5. (Barbare deest) 4. n1 20 cod. 2. o1 18 cod. 4. p1 probatum 1. q1 dignitas 4.